

seruierunt sclauū ibidem commanentes quo Niemicenses. Sed postea constitutus est sclauus quidam prediues zuati nomine qui frequenter abbatem et fratres seniores ad conuiuium uocauit quatenus eius conuiuijs illecti ei aliquantulum parcerent in prebitione mellis quod et impetrauit. Et ex rogatu eius constitutum est ut singulis annis daret c urnas mellis et duo carrada piscium quod et impetrauit.

In uillicatione zpreuue olim erant l uille et adhuc amplius remanent VII. cetera deuastate sunt quia non habebant defensores. ideo difugerunt inde aliqui molares lapides super arbores suspendentes ob indicium cognicionis sue uille hoc facientes. et adhuc sunt VII curie super urbem lubin. Et iuxta alzterem III uille iacent quarum una uocatur briezta altera priorna et ibi dudum erat mercatus. et liuto-mizoltla et alie plures que pertinent at III ista burhvvardia triebus Et liubocholi ac Morscina. ibi est ingens lapis uocatur opprin. et VII optima stagna. Quapropter conuenerunt in unum hi. qui remanserant quatinus censum suum preberent in circuitu de gentibus. primum duci polanico. deinde ultra odoram manentibus scilicet primatibus terre uti pacem habeant ab his habitatoribus. ac sic frequenter illic concurrunt et non illis obsunt nec ledunt. igitur illa pars que pertinet sancte marie in Nienburch tante longitudinis habet usque ad XVI miliaria in siluis aquis et lignis. inde dabantur ccc urne ac totidem scoc piscium nunc uero xl urne et V scoc piscium absque aliis commodis.

Hec est iusticia sclauorum Niemze regionis ac predictarum urbium duarum heinrici regis bauenbergensis qui soluere debent fratribus Nienburgensis cenobij ex uillis ibidem adhuc excultis ab unaquaque domo unam urnam mellis et unum siclum et totidem pelles omnium ibidem siluestrium capientium. hyrcinam et mertherinam. ceruinam et cattinam. et ceterorum animalium siluestrium et unum scoc piscium et unum maldrum humuliginis. unusquisque hec cum suo plaustro appor-tabit. unde unicuique fratri cedent ad utilitatem suam XXV sicli totidemque pelles singulis annis quia sunt quingenti sicli similiterque ceterarum rerum. Et hec est longitudo Niemze regionis x requies in longitudo et VIII in latitudine tam siluis quam aquarum decursibus.

Ich überseze dieses, indem ich in den einzelnen Absätzen der Urschrift Paragraphenzeichen schreibe, daß ich an diese bequem einige Erläuterungen anknüpfen kann.

§ 1. „ebendasselbst eine Kirche und ein Markt, Liegnitz mit Markt und Kirche, Strehlen ein Markt und zwei Kirchen, die feste Stadt Krakau mit Kirche und Markt, Kottbus mit Kirche und Markt. Dort sind bei der befestigten Stadt 22 Hafenspflüge. Und so viel Hafenspflüge ein jeder hat, so